

## Band VI., Nr. 2020, Seite 410-412

*Graf Rudolf von Tübingen, der Sohn des Pfalzgrafen, weist die dem Stift Sindelfingen versprochenen 6 Mark jährlicher Einkünfte auf genannte Güter zu Sindelfingen, Deufringen und Ehningen sowie die Rainmühle an.*

Sindelfingen, 1268. Juli 17.

Rvdolfus, dei gratia filius palatini, comes de Twingen, universis presentes litteras inspecturis noticiam subscriptorum. Ea que salubri ordinatione deciduntur, ne super hiis aliqua dubietas processu temporis oriatur, expedit testimonio scripturarum fideliter commendari. Notum igitur facimus universis, quod cum nos honorabilibus viris . . . preposito et capitulo ecclesie in Sindeluingen promiserimus sub certa forma sex marcarum redditus de nostris possessionibus et prediis assignare, sicut in litteris nostris super hoc confectis plenius continetur, eisdem dictos redditus ad loca subscripta duximus presentibus deputanda. Videlicet apud Sindeluingen possessiones, quas colit Bur. filius Vogingarii, de quibus solvere debet annuatim ecclesie predictae quatuor porcos vel viginti octo solidos, item decem maltra avene et maltrum spelte vel viginti solidos, item pro servicio viginti duos solidos, item ibidem de predio quod colit H. Rufus solvet tres porcos vel viginti unum solidum, quinque maltra avene vel octo solidos et pro servicio viginti duos solidos dabit. Summa hec est: sex libre et unus solidus. Defectus autem, qui tribus annis proximis debet haberi in predicto censu de bonis predicti Burcardi, debet eis illis annis supleri de mansu Rvdolfi, ita quod de predicta summa ibi ecclesia primo anno triginta solidos, secundo anno unam libram et tercio anno percipiat unam libram, deinde predicta summa totaliter a predictis prioribus possessionibus requiratur. Apud Tvveringen mansum situm ante portam ecclesie deputamus, de quo dat eis Albertus villicus duas libras, Albertus Keppe de molendino ibidem duas libras et sex solidos, Hugo an der steige de mansu sito in Sigihartstal<sup>1</sup> dabit decem solidos et Hagene de mansu ibidem duodecim solidos ipsis persolvat. Summa de huius ville redivis: quinque libre et octo solidi. Quilibet de hiis cedens vel decedens solvet unum solidum, sed Hagene sex denarios tantum dabit. Apud Oendingen domus Sapientis duos solidos, Hunezelarii tres solidos, Alberti Coci tres solidos, domus Ber. Rvzzelini et pratium quinque solidos, domus Eber. filii Mezzelarii tres solidos, curtis H. de Mettelingen et Rvdigeri generi eius tres solidos, domus C. Isiningarii tres solidos, domus C. Groppinbach tres solidos, domus magistri Lvdewici tres

<sup>1</sup>Siegerstall, ein Flurname südlich von Deufringen.

## II

solidos. Summa hec: viginti octo solidorum. Quilibet cedens vel decedens ex hiis solidum unum solvet. De molendino vero dicto Rainmvlm<sup>2</sup> datur residua summa, scilicet tres libre et tredecim solidi antequam quicquam de ipso molendino ab aliquo percipiatur. Debet eciam idem molendinator dictum molendinum de manu recipere prepositi et wegelosi eidem dare. Summa totalis est: sedecim librarum et decem solidorum. Has vero possessiones taliter assignamus, ut ab omni vexatione et exactione totaliter sint immunes. Census autem seu reditus denariorum predictorum debent esse predictis in festo Thome apostoli plenarie persoluti, ita etiam, quod cum de dicto molendino Rainmvlm eisdem de certa summa sibi debita fuerit satisfactum, residuum nobis debeatur. Preterea ad reconpensam fossatorum hoc donamus: curtile Kvmmerlini pro curtilli Wochinariii. Item pro agris perfossatis damus unum iugerum et dimidium dictum Ohsenlehein, in quibus sibi reputant satisfactum. In quorum omnium testimonium presentes litteras eisdem damus sigilli nostri robore communitas. <br> <br> Datum et actum Sindeluingen, XVI. kalendas Augusti, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXVIII<sup>o</sup>., indictione undecima.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An blauen und weißen Leinenfäden das Ausstellersiegel, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1594 (WUB, Bd. V, S. 355), insbesondere am Rand sehr beschädigt, sodass von der Umschrift nichts mehr erhalten ist.

---

<sup>2</sup>Rainmühle; von den Mühlen der Gegend führt heute keine mehr diesen Namen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 601 U 47

**Editionen:**

Schmid: Pfalzgrafen von Tübingen, Urkundenbuch, S. 30.

**Regesten:**

Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 451.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Sindelfingen

**Ortsindex:**

Deufringen Wohnplatz (74)<br> Deufringen, Aidlingen, BB<br> Ehningen Wohnplatz (99)<br> Ehningen, BB<br> Möttlingen Wohnplatz (6782)<br> Möttlingen, Bad Liebenzell, CW<br> Sindelfingen Wohnplatz (211)<br> Sindelfingen, BB<br> Tübingen Wohnplatz (16214)<br> Tübingen, TÛ